

modo cognoscatur, an sit unum delictum, vel plura delicta, vide Bart. in l. hos accusare, §. i. ff. de accusat. & Bald. in l. cum rationib. C. qui accus. non poss. Baiar.

h Si vero statutum.] Adde, quod si videtur, quando fit scissura in cute, vel separatio in corpore, seu mutilatio, si feruus, seu rupifese, ff. ad l. Aquil. & Bart. in l. prator ait, §. si. ff. de iniur. Item adde, quod si facta tumefactio propter percussione, dicitur illatum, vulnus si eius causa sit facta scissura, seu separatio intrinsecus; licet non appareat ab extra, & hac faciunt ad l. huiusmodi statuta de vulneribus loquentia: ita tradit Socin. in rubr. de homic. volunt. num. 18. Sed Barthol. in l. prator, §. qui atrocem, ff. de iniur. dicit quod si oportet, quod tumor ille aperiat ferro, dicitur vulnerasse, & habet locum statutu de vulnere, quem ref. r. & sequitur Afflic. in consil. si quis aliquem rubr. 12. lib. 1. num. 5. & ibi, nume. 6. cum sequent. habetur etiam, an percussio cum dentibus, cum sanguine, vel cum armis non offensus libilibus debeat puniri pena statuti punientis vulnerantes.

21 Item adde, quod si accusatus de pluribus percussione non expresse numero percussione, poterit puniri de duabus percussione secundum Baldum in l. fidei commissum. §. si quis decem, ff. de leg. 3. & si de pluribus, & 22 si pluribus percussione, quis esset querelatus, intelligeret de quattuor secundum Bartolum in l. si gemina, nume. 7. ff. artor. furtim caesa, & hoc communiter obseruari, ait; ita etiam Are. de malefic. in verb. pluribus, & Rom. consil. 301. & si in accusatione diceretur, quod multas intulerit percussiones, verificaretur in duabus, vel tribus secundum Bart. in l. 1. §. hoc rescriptum, ff. ad Syllan. & Ceph. in consil. 225. nu. 43. & ad omnia preedicta vide Laurent. Tenni, in caut. 3.

gata in d. l. nunquam plura videtur tenero, quod quando non interuenit separatio delictorum, vnica tantum pena puniri debeat. Sed Bart. in d. l. nunquam plura, post numerum 4. post Dyn. reprehendit illam gloss. & dicit, quod si illa gloss. esset vera, destrueret totum mundum, & quod est contra. text. illius legis. Et dicit Socin. consil. 63. numero 9. libro primo, quod in hoc communiter Doctores videntur sequi opin. Dyn. & Bart. quod scilicet etiam si percussiones, vel vulnera eodem tempore illata sint debeat pro eorum numero pena multiplicari. Et illam refert Plaza libro 1. delict. cap. 1. numero 18. refert etiam, atque ita frequentiori calculo hanc questionem diffiniri attestatur Didac. libro 2. resolutionum. cap. 10. num. 8. Ceterum Iacob. de Arena in l. item apud Labeonem. §. conuicium, ff. de iniur. dixit in hoc articulo esse distinguendum, iuxta verbale legis, vel statuti: ut si quidem statutum imponat simpliciter vulnerantis, vel percussioni pena, 190. librarum, eo casu, etiam si plura vulnera eodem tempore illata fuerint, vnica tantum pena 100. librarum imponenda sit: si vero statutum imponat pro quolibet vulnere penam 100. librarum, tunc puniendus sit in tot 100. libris, quot vulnera intulerit. Et hanc opin. Iacob. de Arena. dicit esse communem Florian. in l. 1. ff. ad leg. Aquil. prout illum refert Plaza in loco praedicti. Et ex hac opin. Iacob. de Aren. inferitur, quod cum ex dispositione cap. si quis suadente, percussio clericum incidat in excommunicationem, vt dixi supra q. 77. vers. percussio clericum, si quis percussit clericum eodem impetu 4. aut 5. vicibus, vnica tamen excommunicationem tantum, non plures incurrit. Et hanc dicit esse communem opin. Didac. in d. c. 10. post num. 8. vers. quartum si eisdem Plaza in d. c. 1. num. 10. Sed certè hanc distinctionem Iacobi pariter reprobatur Bar. in d. l.

nunquam plura, nu. 17. tenet, quod indistinctè pena pro numero vulnerum multiplicanda sit; subdens, quod ita obseruat consuetudo; & ego statim dicam.

3 Hac autem omnia locum habent, quado huiusmodi vulnera pluribus ictibus illata fuerunt: sed quid si vnico ictu plura vulnera inferat, quia cum bidente, vel alio instrumento bifurcato eodem ictu aliquem in diuersis corporibus partibus vulnerat? Respon. quod pro vnico tantum vulnere puniendus est, secundum eodem opin. antiquorum, ut dicit Alb. in 2. parte statutorum. q. 38. licet ipse contrarium teneat, quam etiam opin. dicit esse communem; & quotidie in practica obseruari. Viuis in lib. communium opin. vers. statutum imponens. Ang. autem de malef. in verbo, & dictum Titium, num. 2. refert pariter in hac quest. Iacob. de Ar. distinguisse eo modo, quo supra dictum est; & subdit, quod opin. Iac. communiter tenetur, refertens ita attestari Florian. in d. l. 4. ff. ad l. Aquil. quem tamen in libro meo non reperio hoc dicentem. Et affirmat, quod illum vidit in practica semper obseruari. Hoc idem attestari Florian. dixit Barthol. in Apost. ad Bart. in l. gemina, sub nu. 1. in verbo, Ego put. ff. arbo. furtim caesaram. Bar. autem in d. l. si gemina, num. 1. tenuit, quod etiam hoc casu debeat indistinctè pro pluribus vulneribus puniri. Alex. in l. quod dicitur, la. 1. in si. ff. de verb. oblig. dicit, & distinguendum est, vt per Bar. in d. l. si gemina; deinde subdit, quod omnes concludunt esse inspicienda verba statuti, an loquatur de percussione, aut de vulneribus. Ego certè semper vidi in practica obseruari opin. Bartol. vt scilicet siue statutum loquatur per verba, Si percussit, vel vulnerauerit; vel per verba, Quod pro qualibet percussione, vel vulnere, semper puniatur delinquens secundum numerum percussione, vel vulnerum. Et hoc siue illata sint eodem ictu, siue pluribus. Poterit tamen iudex, vbi in huiusmodi

Item adde, quod Farinac. in suis quest. crimin. in q. 22. nu. 12. impugnat hanc opin. Iac. de Arena dicens, quod inferes plura vulnera eodem tempore non debet puniri, nisi vnica pena, si statutum simpliciter imponat penam vulneranti, & tenet quod grauiori pena sit puniendus, cum non sit credendum, quod statuentes voluerint eandem penam imponere pro pluribus vulneribus, quam imposuerunt pro vnica tantum: quia pena semper sunt commensuranda cum delictis, & sic diffinit etiam ab opinione Bart. cum sit nimis rigorosa, vt pena in totam sint multiplicanda, iuxta multiplicationem delictorum eodem impetu commissorum, ac si diuersis temporibus patrat fuissent, & ita secundum opinionem domini Farinac. vidi seruari in practica. Baiar.

4 Hæc autem omnia.] vel etiam manu vacua, & exeat sanguis per Bal. consil. 433. lib. 5. & vide Farinac. q. 20. nu. 16. lib. 1. Ross. Hæc autem omnia.] Adde videndum addentes ad Bertaz in consilio 205. in littera B. vers. ego in hac re, vbi distinguit, si vulnerans eligeret illud armorum genus, vt plura vulnera inferre posset, quod teneretur de pluribus vulneribus, aut casu, & impetu talia arma acciperet, quod vnico vulnere tantum puniri deberet & stante statuto, q. pro qualibet percussione quis puniatur in decem, si quis percussit Titium vnica percussione, ex qua exiit sanguis de tribus partibus, an puniatur pro vnica percussione, vel pro tribus. Bal. in consil. 351. vol. 2. Ea. K Pro vnico tantum vulnere puniendus est.] Hoc idem in pluribus vicibus blasphemante, vno tamen iracundæ calore tenet Alc. tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 6. num. 4. Drogh. I Viuis.] opin. 285. & opin. 17. Ross. In-

m Informare se à peritis.] Et est summariè notandum pro iudicibus, & hinc colligo statuta interpretari à consuetudine: alium modum interpretandi statuta, vide infra q. 85. vers. solet etiam ibi, primus est casus. Drogh. n Alius est casus.] Farinac. d. q. 20. nu. 17. 16. & 22. Ross. Alius est casus.] Adde, quod si maior esset pena delationis armorum, quàm insultus, vel percussio, nihilominus attenditur pena insultus, vel percussio, ita consuluit Cephal. consil. 204. numer. 41. cum seq. in casu delationis archibusetti parui ad totam cum quo fuerat factus insultus: & licet pena delationis archibusetti esset tremium, tenuit tantummodo esset imponendam penam insultus, quod minime placet, & quia sequeretur hoc absurdum, quod deterioris conditionis esset ille, qui simpliciter archibusetum detulisset, quam ille, qui eum deliquisset, sed secundum addentes ad Bertaz in consilio 105. vers. quarto, ad vtraque penam tenerunt, & ibi attestatur, quod Bertazz. eius patet ita iudicauit.

Item adde, quod si delictum est ante insultum, tunc puniatur delictum, & insultus; si vero præcessit insultus, & statim atrocius delictum sine insultu, nec insultus poterit intentari separatim à delicto, etiam quod insultus factus fuisset in vno territorio, & maius delictum in alio, dummodo incontinenti, ita tradit Chassan. in consuetud. Burg. folio 294. vers. notanter, vbi allegat Bald. ita tenuisse in cap. 1. de paciet. sum. §. iniuria, puniatur, nu. 11. circa fin. sed Chassaneus non vidit Bald. quia ibi contrarium dicit, scilicet, quod insultus non confunditur propter diuersitatem territorij. Cyn. in l. qui de crimin. tenuit illud, quod dicit Chassan. in loco supra citato, vt refert Salycet. in leg. penultima, numero decimo-sexto, Cod. de accusat. vbi questionem istam latè examinauit plures faciendos distinctiones, cum vide. Baiard. o Ita colligitur.] Idem tenet Bartolus in l. quem admodum, ff. ad legem Aquiliam, & in l. insciendo, §. illud, ff. de furt. circa finem. Ioan. Andreas in addit. Spec. in tit. de homicid. super rubr. in l. quicumque. C. de seruis fugit. l. diuortio, ff. solut. matrim. l. aduersus, in fine, Cod. de furt. Ancharan. consilio 272. Baiard. in Confunduntur cum maiori.) Cesset ergo minor, vbi extat maior: & hinc nota, quod actus diuersi tendentes ad eundem finem habentur tantum pro vno, & vide in hoc proposito supra quest. 36. vers. Quæro quid si per laicum, ibi, & vtrique con-

demnat, quod videtur huic rationi contrarium; & dum hic allegat gloss. in l. Qui de crimine, C. de accusat. Quomodo procedat, dicit gloss. declarat Alexand. de Neuo inter consilia criminalia diuersi. consil. 90. sub numero 10. vers. non obstant, vbi dicit, licet ego nunquam inuenierim illum textum, l. aduersus, nec aduerso, Cod. de furt. At hunc casum hic tactum melius declarat idè Alex. de Neuo, vbi sup. consil. 91. pe totum. Drogh. Confunduntur cum maiori.] Adde, quod contrarium tenet Couar. variarum resolut. lib. 2. cap. 10. nu. 8. que reprobatur Mag. decil. Lucensi 84. in fi. In hac materia vide Ioann. Andr. in addit. Spec. in tit. de homic. Baiard. q. Animo tantum illum vulnerandi.] Adde in sic mandante vulnerari tantum, infra q. 89. vers. Pone aliquis, vbi quod vulnera non dantur ad mensuram Drogh. r Absorbet omnes alias penas.] Et idè rectè inferri videtur, per hanc rationem, vt in dicta pena ultimi supplicij cesset pena restitutionis furata rei, aliter tamen non disponente statuto, de quo supra q. 2. vers. & hæc qui dem ad finem. & ibi dicit: Item attendi tali ratione in consequentiam mortis non confiscantur bona furis, vt est sup. q. 78. vers. cul. sed pone; pena etenim mortis sufficit, si absorbet alias penas, non aut intelligas, quod absorbeat, id est, trahat secum, sed perimit; Quia si quis reperitur condemnatus pro homicidio in pena capitis, sed pro furto in penam furcarum, non est cur lequatur vna pena non euaneat altera, de qua questione habetur per Bald. in l. omnes, C. de delat. lib. 1. o. Menoc. de arbit. iudic. lib. 2. ceter. 4. cal. 342. numer. 9. in fine in pecuniaribus tamen penis citra mortem maior pena minorem non perimit, nec è contra, de qua quest. habetur per Bart. in l. 3. §. cum Titio, ff. de adimen. leg. Refert Crau. de antiq. temp. par. 4. vers. 1. nu. 113. Vide infra q. 99. vers. Quæro etiam; & vide, quæ dixi in fra q. 85. vers. Tertius est casus, circa finem. Item in contrarium adducitur, quia de iure communi pro homicidio non imponitur pena confiscationis bonorum, quæ reseruantur descendenti. authent. bona damnatorum, C. de bon. præscript. & tamè pena ultimi supplicij tali modo deberet etiam secum trahere penam bonorum, vt est sup. q. 78. vers. Multa autem, & vers. Ceterum; loquitur tamen ibidem secundum antiqua iura, ut dixi. Drogh. f Sed hic incidenter.] Latius Farinac. uol. 1. quest. 23. & q. 20. num. 12. q. 107. uol. 4. part. 1. artic. 7. num. 87. Ross. Sed hic incidenter quæro.) Adde, quot uices requirantur,

28 tur, vt quis dicatur ꝛ reitasse, & sæpius commississe. Luc. de Pen. in l. vnica, C. de superexact. l. ro. & secundum Gramm. decif. 16. consuetudo delinquendi inducitur per duas vices, & in decif. 36 num. 9 & Simon de Pret. consil. 104. vbi tenet, hoc procedere etiam, quod in tortura confessus non fuerit, sed quod tantum sit conuictus: & ibi numero 25. dicit, ꝛ reitatio delictorū aggrauat penam, etiā quod pluries fuerit punitus: & num. 46. dicit, quod licet regulariter tortura passa tollat penam ordinariam hoc nõ procedit, si in reo sit frequentia delictorū capitalium.

29 Item adde, ꝛ quod reitatio auget penā, quando consuetudo delinquendi est in eodem genere, siue specie mali, & quod delicta verè sint probata, & quod de dictis delictis fuerit punitus, vel gratiatus à lege, vel ab homine, ita declarat Anguissol. in consilio decimo octauo, libro 1. Baiard.

Propter consuetudinem delinquendi. ] Supra in §. furtum, versicul. sed an pro furto magno, & ibi magis mala furandi consuetudo habetur in consideratione quam rei valor, prout è conuictio aliquando hominis probitas, rigorem iuris temperat, & illa habetur in consideratione, Capycius de cisione 203. post numerum decimumseptimum.

Item vagabundi, qui aliās delinquere solent, torquentur nullis alijs præcedentibus inditijs, supra quæst. 64. versic. Sed pone, in fin. Drogh.

Plures delinquentes. ] Et idèd moriente ex pluribus vulturibus à pluribus illatis tenentur omnes de homicidio, (licet non puniantur omnes pena mortis) extraordinariè iudicis ar-

QVÆST. LXXXV.

Explicantur multa ad quæ iudex in penarum impositione maximè debent animaduertere.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Iudex an debeat imponere delinquenti penam loci originis d. domicilij, vel delicti.
- 2 Et quid si delinquens sit forensis, an possit puniri secundum statuta loci, in quo delictis.
- 3 Et quid si illud delictum non sit à iure communi prohibitum.
- 4 Et an statuta pro delictis penas imponant legem etiam subditos delinquentes extra territorium.
- 5 Et an pone statuta pro delictis imposita, tollant penas pro eisdem delictis à iure communi impositas.
- 6 In penis alternatiuè impositis cuius sit electio iudicis, an rei.
- 7 Et quid si statutum disponat, quod quis pro delicto condemnatur in centum libris, quas si non soluerit intra decem dies, amputetur ei manus, an eo casu possit iudex omittere penam corporalem, & exequi pecuniariam.
- 8 Et quid conuerso, stante statuto quid non comparens ponatur in banno de quo non eximatur, donec soluerit mille an si ipse velit stare in banno, possit iudex eum cogere ad soluenda mille.
- 9 Vbi agitur de pena imponenda ex aliqua speciali constituti-

reus possit grauius puniri. Resp. Bar. in l. 1. num. 2. C. de super exactor. libro 10. dicit, quod licet aliās crimina non essent capitalia, potest tamen reus propter consuetudinem delinquendi puniri pena mortis. Et secundum hanc opin. aliquando fuisse practicum in sacro consilio Neapolitano attestatur Gram. consil. crim. 17. num. 16. & voto 7. per totum, vbi refert fuisse ad mortem condemnatum quendam, qui eodem tempore quinque uxores habebat. Idem etiam practicum fuisse per Parlamentum Parisiense refert Papo. libro 24. tit. 10. arreso 9. Sed idem Grammat. decif. 16. numero 7. dicit, quod quicquid sit in puncto iuris, hoc in practica non recipitur, vt scilicet propter consuetudinem delinquendi pena ordinaria augetur. Et hæc opin. minor est, & illam sequi solet senarius, qui nunquam in delictis non capitalibus propter quamcunque reiterationem solet penam mortis imponere, sed tantummodo, vel torturam atrocibus inferre, vel ad extraordinariè puniendum grauius arbitrari.

Vltimo quero, nunquid plures delinquentes simul contra vnum teneantur omnes in solidum. Resp. quod sic, vt est text. in l. si plures, ff. de iniur. & est communis regula, vt attestatur Natta consilio 79. nu. 10.

Item adde, quando plures committunt delictum, an si nentia absolutoria, vel condemnatoria lata in personam vnus profit, vel noceat alijs, latè per Gomez. de delictis, cap. 1. nu. 88. vbi facit plures conclusiones.

Item adde, si plures committunt furtum, vel rapinam, an omnes teneantur ad restitutionem in solidum, & si in vtroque foro; & si vnus eorum restituat in solidum, an ceteri huic pro æquis portionibus satisfacere teneantur, latè Couarruias in secunda parte relectio. §. duodecimo, numero tertio, & quarto, de hac habetur etiam per Theaurum in decisione ducentesima quinquagesima quarta. Baiard.

ione, debent omnes qualitates verificari, de quibus in ipsa constitutione fit mentio.

- 10 Iudex an possit ex causa minuire penam ordinariam pro aliquo delicto à iure communi, vel statuto impositam.
- 11 Et an possit illam commutare, si delinquens non est capax illius pena.

Ex Additionibus.

- 1 Inquisitio contra delinquentem extra territorium quomodo sit formanda.
- 2 Statutum imponens penam nouam, an censeatur recedere à pena iuris communis.
- 3 Iudicis arbitrium cessat, vbi lex, vel statutum speciatim penam imponit.
- 4 Et quænam sit imponenda, si tempore delicti erat vna pena, & tempore sententia alia diuersa.
- 5 Et quid in causa appellationis.
- 6 Alternatiua penarum existente cui detur electio iudici, vel reo.
- 7 Pena minor est eligenda.
- 8 Pena vna electa non admittitur variatio.
- 9 Mortis electio an possit remitti arbitrio rei.
- 10 Statutum, quod non soluenti in terminum amputetur manus, an requirat monitionem.
- 11 Et si nante tali statuto admittatur procurator.
- 12 Et si elapso termino soluerit censetur remissa pena manus.
- 13 Et an iudex elapso termino possit eligere penam pecuniariam.

- 14 Et dictum statutum quomodo sit intelligendum.
- 15 Et an si nocenti non sit soluendo, adhuc debeat spectare tempus statuti.
- 16 Et si in defectum pena pecuniaria debet decipiari, requiritur dolus.
- 17 Qualitates a iure presumptæ an sint probandæ, vel solum allegandæ.
- 18 Statuto puniente vtentem falso instrumento dolosè, an dolus sit probandus.
- 19 Libellus sufficit quid presumptiue concludat.
- 20 Qualitas in inquisitione non probata, an possit probari post sententiam ad augendam penam.
- 21 Qualitas probanda debet probari, tam agendo, quam excipiendo.
- 22 Nisi in fine accusationis fuerit petum, reum condemnari secundum formam iuris, constitutionum, & statutorum.
- 23 Iudex ex causa potest alterare penam statutam, & consuetudinem.
- 24 Etiam quod iurasset seruari statutum.
- 25 Item mitigare penam statuto puniente delictum attentatum, sicut perfectum.
- 26 Item si pro modica summa pena mortis imponatur d. statuto.
- 27 Iudex ex causa potest in sententia reseruare famam condemnato.

Item notario condemnato de falso famam, & exercitium, ibid.

Et quando possit eam alterare, remiss. ibid.

Et an in sententia teneatur exprimere causam.

Et quid in Regno Neapol. remiss.

Magistratus minor quis dicatur.

Causæ coherent delicto, & extrinsecæ, quæ dicantur, ibid.

Iudex non potest facere compositionem post sententiam incognito principe.

Nec etiam post appellationem, cui fuerit renunciatum.

Compositio vt valeat, quæ requiratur.

Et quid si in sententia non fuerit expressa pena.

Iudex imponens minori penam sine causa, quomodo puniatur.

Iudex in compositionibus non debet esse nimis liberalis, alias presumitur fraus.

Compositiones in Regno Neap. quomodo fiant, ibid.

Iudex alterius penam, an debeat causam exprimere.

Et quid si potest adiri superior, ibidem.

Pena mortis in Regno Neap. non potest commutari, nisi ad triremes.

Quod tamen non procedit in officialibus Baronum, ibid.

Nec seruat de consuetudine, ibid.

Consiliatio bonorum non habet locum, quando imponitur pena extraordinaria.

Iudex mitius punire debet nõ reus moriatur.

Manus non debet amputari patrisfamil. habenti plures filios infantes, sed debet potius relegari.

Mulier publicè torqueri non debet.

ADDITIONES, QVÆST. LXXXV.

Sed quoniam plerunq. Decian. in tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 16. num. 4. Ross.

Ratione originis, seu domicilij. Adde supra quæst. 82. stat. 3. circa principium, quæst. 58. versic. sed quid dicendum ad medium, infra hac eadem quæstione, versicul. fin. at quomodo regulatur compositio, quæ contra sfolutores fieri solet, infra quæst. 65. vers. hæc autem omnia in fine. Drogh.

In penam statuti. ] Farin. q. 108. vol. 4. n. 16. & 17. Ross. d. At vero. ] Vide Clar. sup. q. 60. vers. quæro nunquid. Ross. Quod

nis, sen domicilij. Et hic casus modicam habet difficultatem: nemo enim dubitat, quin sit puniendus secundum leges, & statuta ipsius loci. An autem quando in eodem loco reperitur vna pena imposita à iure communi, & alia à statuto, debet iudex imponere penam statutam, vel penam iuris communis, dixi infra, versiculo debent etiam.

Secundus est casus, quando iudex loci delicti procedit contra forenses, qui deliquit in suo territorio. Et hoc casu: si quidem pro eo delicto non reperitur imposita alia pena per statuta locorum, quam ea, quæ est imposita à iure communi, nulla etiam est controuersia, quo minus puniatur. Iul. Clar. Sentent. Pract. Crim.

Ed a quoniam plerunq. propter diuersitatem forensium originis, domicilij, vel delicti, & eorum locorum iura, vel statuta diuersas penas imponunt in faciendis condemnationibus dubitari solet, quæ pena pro delictis sit imponenda, videamus, an iudex debeat imponere penam loci originis, vel loci delicti, & an penam iuris communis, vel statuti. Et quia materia est valde intricata, distinguendi sunt nonnulli casus.

Primus est, quando iudex loci delicti procedit contra delinquentem, qui est sibi subditus etiam b ratione originis, sen domicilij. Et hic casus modicam habet difficultatem: nemo enim dubitat, quin sit puniendus secundum leges, & statuta ipsius loci. An autem quando in eodem loco reperitur vna pena imposita à iure communi, & alia à statuto, debet iudex imponere penam statutam, vel penam iuris communis, dixi infra, versiculo debent etiam.

niri debeat secundum dispositionem iuris communis.

Et in hoc pariter nemo dubitat. Punctus est, quando statutum loci delicti imponit pro eo delicto aliam penam, nunquid possit iudex ipsius loci delicti condemnare huiusmodi forenses in penam statuti: & sic an statuta penalia super delictis ligent etiam forenses. In qua quidem quæstione aliqui simpliciter dicunt, quod iudex loci delicti potest punire delinquentem, etiam si non sit de iurisdictione sua, non solum secundum iura communia, sed etiam secundum statuta sua. Et ita tenere communiter Legistas dicit Felin. in c. à nobis, il. 1. num. 1. de sent. excommunicationis. Ita etiam communiter teneri attestatur Abb. in c. fi. numero 24. de foro compet. Hanc quoque opin. dicit esse communem Felin. in d. c. fin. num. 24. & illam vbiq. seruari attestatur Alberic. in 3. parte statut. quæstione 1. Bartol. autem in l. cum flos populos, numero 21. C. de summa Trin. distinguit, quod, aut tale delictum est prohibitum etiam à iure communi, & eo casu potest forensi delinquens puniri etiā penis contentis in statuto: Aut vero non est prohibitum de iure communi, sed solummodo secundum statuta ipsa ciuitatis, vel loci: & tunc non punitur, nisi fuisse sciens, vel ignorantia supina. Et hanc opinionem Bartol. ostendit esse communem Iason. in d. l. cunctos populos, in prima lectur. numero trigesimo, prout illum refert Bossius in titul. de penis, numero decimo octauo licet in libro meo aliter loquatur: quinimo (ni fallor) in 2. lectur. numero 67. concludit, quod in iudicando melior est opin. contra Bartol. Hanc etiam opin. Bartol. dicit esse æquiuocam, & magis communem Marsil. in l. fin. num. 81. ff. de iurisd. om. ind. Plus dicit Moder. super consuetud. Paris. §. 30. post numerum 150. quod hæc est communis, & vera conclusio, quod etiam forenses, & alij probabiliter ignorantes pena à statuto loci vltra ius commune impositas, nihilominus subiunguntur penis statuti loci, in quo delinquit, ex quo interdicitur delinquere, & committunt crimen à iure communi prohibitum. Et illum refert Didac. in repet. c. alma mater, fol. 493.